

86. Gen. 1.

Germinet terra, ait Deus, herbam virentem, & facientem semen, & lignum pomiferum, faciens fructum iuxta genus suum, Gen. 1. n. 11. Verno tempore creatus est mundus, ac proinde prodierunt arbores cum foliis, & fructibus, ac pomis, vt est communis Patrum sententia; cur non sic creantur, vt primò prodirent stipites, deinde foliis vestirentur, ac tandem fructibus exornarentur, vt inde ab exordio arbores suam naturam ostenderent, ac illarum fructus in maiori essent æstimatione? Erant ligna in paradiso, & ideo non sine fructibus inueniuntur, præcipue cum ob foliorum ostentationem anathemate percussa sit ficulnea, quæ esurienti Seruatori cibos non ministravit? Marc. 11. num. 13. Et cur in paradiso sic exornantur arbores foliis, & fructibus, extrâ verò solum cum foliis apparent. Arbores in paradiso denotant fideles in Ecclesia, cuius symbolum est Paradisus; arbores verò extra hæreticos significant, vt est communis vox Patrum. Arbores, seu fideles in Ecclesia habent folia, verba nempe confessionis, & fructus operum. At verò hæretici verbis falsò crepant fidem, & eam operibus, & factis, omninò contradicunt, & negant. D. Gregor. lib. 16. Moral. cap. 15. Bene autem, ait, scriptum est: germinat terra herbam virentem, & facientem semen, & lignum fructiferum, faciens fructum iuxta genus suum: per terram quippe significatur Ecclesia, quæ & verbi nos pabulo reficit, & patrocinijs umbraculo custodit: quæ & loquendo pascit, & opitulando protegit: vt non solum herbam refectiois proferat, sed & cum fructu operis arborem protectionis.

Marc. 11.

Fides cum operibus in Ecclesia.

Gregor.

87. Psal. 46.

Fides socianda cum operibus.

Ait Regius Vates Psal. 46. num. 1. Omnes gentes plaudite manibus: iubilate Deo omnis terra. Conuocet voces, & manus, vt cum otis confessione, coniungatur manuum operatio. Præclare ibi D. August. Quare manibus, inquit? quia bonis operibus: iubilate Deo in voce exultationis: voce, & manibus: si tantum voce, non bene, quia pigre manus: si tantum manibus, nec hoc bene, quia muta est lingua: concordent manus, & lingua: ista confiteantur, illa operentur. Vide in Indice, verb. Fides.

QUESTIO XV.

Quare dicitur: Hofanna Benedictus, qui venit in nomine Domini?

88. Abulcal.

RESPONDET Abulcal. quæst. 43. Quod turbæ per hæc tria significare vulerunt. Primò, vt eum Messiam, & Regem ostenderent, cum dicunt filium Dauid; vt patet ex his, quæ dixi de Chananæa, & cæco Iericho. Secundò, eum laudauerunt bona imprecantes; nam, Hofanna, relictis multis, quæ circa hoc nomen congerunt Recentiores; id est, salus, vita, seu prosperatio sit Filio Dauid, idem est ac apud nos. Vinat. Rex, vt iam dixi. Tertio, Sibi ipsis bona petunt dicentes: Hofanna in excelsis. Hoc est, da nobis salutem, & vitam, quæ est in excelsis. Et hoc est etiam, quod dicunt: Benedictus, qui venit in nomine Domini. Hoc est, vt etiam nos benedictos, & sanctos facias.

89.

Rex dicitur benedictus.

Nota etiam quod modò Christus Dominus cum morti est proximus tunc multum ab omnibus extollitur, ac laudatur; non enim laudandus est homo, nisi in vitæ fine. Et cum Rex acclama-

tur, ab omnibus benedictus profiteretur, magnæque turba populorum cum multo applausu, eum sequitur, ac comitatur.

Secundò. A Regio Vate vaticinatum est: Ex ore infantium, & lactentium perfecisti laudem, Psal. 8. num. 3. Non ait fecisti, seu absoluisti. Quæ propheta adimpleta est hodie clamantibus pueris. Hofanna Filio Dauid. Quo videtur perfecta, & consummata laus Angelorum laudantium, ac dicentium: Gloria in altissimis Deo, Luc. 2. n. 14. Lyranus ad citatum Psal. Diuinitas Christi, ait, fuit confessio ab Angelis confessione laudis ab hora natiuitatis, sed laus ista fuit perfecta, quam pueri in templo clamabant confitentem diuinitatem Christi: Hofanna, id est, salua obsecro in excelsis: salutem enim nullus dat nisi Deus. Chorus Angelorum gloriam Deo decantat: Gloria in altissimis Deo. Laus tamen ista non erat consummata, & perfecta, cum eum non vt Saluatorem commendaret. Perficitur ergo laus, cum pueri acclamant: Hofanna salua obsecro. Altius enim Deum extollit, excellentiùsque ipsum commendat, qui Saluatorem, quam qui Deum, vel Creatorem dicit. Salmeir. tom. 3. tract. 37. Plus est, ait, Saluator, quam Creator. Si quidem plus est suscitare mortuum ad vitam, quam viuum generare. Vnde Christus apprensus Paulo, ait: Ego sum Iesus, quem tu persequeris, Act. 9. num. 5. Beda: Non Deum, vel Dei filium se vocat, sed vt ait D. Bernard. Ego sum Saluator, quem tu persequendo petis. Ac si amplior, & augustior esset Saluatoris, quam Dei nomenclatura erga ipsum Deum; nam Dei nomine significatur eius maiestas, Saluatoris verò illius beneficentia, ac pietas in nos.

90. Psal. 8.

Luc. 2. Lyran.

Maxima Christi laus, quod noster sit Saluator, ac Redemptor.

Salmeiron.

Act. 9. Beda Bernard.

Tertio. D. Cyrillus Alexandr. homil. in Nestorium, sic Dei matrem salutat: Salue mater, ait, & Virgo, per quam is benedictus in Euangelijs nominatur, qui venit in nomine Domini. Clamant pueri: Hofanna Filio Dauid. Hoc est, vita, salus, & prosperitas sit Filio Dauid, & inde subdunt: Benedictus, qui venit in nomine Domini. Ex benedicta Dauidica prole per Virginem Mariam eum benedictum, sanctum, ac pium proclamant. Ait Elisabeth ad Virginem Mariam: Benedicta tu inter mulieres, & benedictus fructus ventris tui, Luc. 1. n. 42. Prius matrem dicit benedictam, deinde fructum benedictum appellat, nam quamuis Christus Dominus, vt pote Dei Filius sit per naturam benedictus, & sanctus, tamen cum sit Filius Virginis Mariæ peculiari modo dicitur etiam benedictus. Nam vt ait Seuerus in Catena S. Thomæ: Omnis fructus est eiusdem nature cum planta. Cum ergo ex Virgine benedicta, ac sancta esset natura humana assumpta, inde etiam quædam species benedictionis, ac sanctitatis in fructu dignoscitur, & acclamatur.

91. Cyrill.

Ex Virgine benedicta Christus quondam speciem benedictionis, ac sanctitatis vendicat. Luc. 1.

Seuerus.



CAP. XLI.

Fletus super Ciuitatem.

Luc. 19. n. 41. Et vt appropinquauit, videns Ciuitatem fleuit super illam, dicens:

Num. 42. Quia si cognouisses & tu, &

& quidem in hac die tua, quæ ad pacem tibi, nunc autem abscondita sunt ab oculis tuis.

VERSIONES.

Euthym. n. 41. Postquam appropinquauit intuitus Ciuitatem fleuit super illa.

Syriacus n. 41. Nempe si tu nosse ea, quæ sunt ad pacem tuam, vel saltem isto die tuo, nunc autem occultata sunt ab oculis tuis.

Vatabl. Orig. O si cognouisses & tu, & quidem hoc die tuo, quæ ad pacem tuam pertinet, curares, nunc autem occultata sunt ab oculis tuis.

Arabicus. Et in hac die, quantum est tibi in ea pacis.

S. Epiphani. Nunc autem absconditum est tibi.

EXPOSITIO I.



T vt appropinquauit: Ciuitati scilicet Ierusalem, in qua tanto applausu, ac triumpho ingrediebatur, in die palmarum, vt supra est explicatum: Videns Ciuitatem; seu vidit ciuitatem. Descendentibus enim è monte Oliueti occidentem versus, proxima Ierolyma, tota erat in prospectu; viditque illam, vt inquit D. Bonauent. & Cardinalis Hugo non tantum oculis corporis, sed etiam pietatis affectu. Et maxime obseruandum, quod Romani eodem in loco, in monte nempe Oliueti castra sua posuerunt, & eodem ferè die, proximè ante Pascha ciuitatem obsidione circumualant, vt de loco testatur Iosephus lib. 6. de Bello cap. 3. de die verò subsequente cap. 4. Fleuit, vt homo, non quod fletum inuitus pateretur, sed sponte ipse sibi imperauit, ostendens scilicet suæ pietatis viscera erga eam.

Bonauent. Hugo.

Iosephus.

Gregor. Beda. Carthuf. Zach. 9.

Iansen. Barrad. Burgenf. Cornel.

Euthym.

pre affectus vehementia abrumperet. Ac proinde suppleta est oratio, si cognouisses, aliter te habuisses. Nunc autem abscondita sunt ab oculis tuis. Vt inquit Titus, & Eusebius in Catena, quod de industria scire nolueris. Quæ nempe ad pacem tibi sunt data, vt Incarnatio, prædicatio, ac Passio Christi, sicut & tua perfidia, ac cæcitas, in cuius vindictam veniet tibi excidium per Titum. D. Gregorius homil. 39. Si mala imminetia videres, lata in presentibus prosperis non esses.

Titus. Euseb.

Gregor.

QUESTIO I.

Quare Dominus deflet super ciuitatem?

RESPONDET primò Theophylactus: Ostendit, ait, viscera misericordie per fletum. Quod enim miserebatur eis, & non solum ante crucem, sed post crucem. Euthym. Ciuitatem, ait, Ierusalem propter immensa vitia destruemam, humano modo Christus præ mensa sua bonitate deflet: etiam hinc ostendens qualia haberet erga ingratos viscera. Quod maxime confirmatur; non mortem suam proximè impendentem, sed Iudæorum deflet interuentionem longè distantem.

Theophyl.

Euthym.

Secundò. Teophylact. Flet Dominus, ait, stupiditatem ipsius Ierusalem, eo quod ipsum non cognouerit. Deflet Dominus Ierolymitanorū cæcitatē, obdurationem, ac ingratitude, eo quod se Saluatorem, ac Messiam recipere noluerunt, & quæ maior lachrymandi causa, quam ad intuitum, ac præsentiam remedij, & salutis perire, ac in perditionem ire: resuscitatus Dominus Lazarum: Lachrymans est Iesus. Quænam causa fletus in ratione tanti gaudij amici? Quidam autem ex ipsis abierunt ad Phariseos, & collegunt Concilium. Lachrymas fundit Dominus videns, quod stante tam magno miraculo, quod quattuordecim refurgat in vitam, ipsi in sua nequitia, ac peruersitate obfirmati erant. D. Augustinus serm. 104. de tempore: Propter, ait, Iudæorum stobat incredulitatem, quia resurgente Lazaro non erant credentium. Pro quo nota, quod non ait Euangelista, quod videns à longè fleuerit, sed quod cum appropinquasset, approximante enim remedio, tunc interitus, & perditio maiorem dolorem instigunt.

Theophyl.

Perditio approximante remedio, magnum dolorem excitat.

August.

Tertio. Carthusianus: Videns Iesus Ierusalem, eiusque pulchritudinem exteriorem defleuit ipsius culpam, & penam non tam temporalem, quam æternam. Videns Ciuitatem lachrymabatur Dominus, non tantum illius excidium futurum, sed potius peccata, quæ tanta ruinæ causa extabant. Hoc enim interuenit discrimen inter mundanos, ac iustos, nam illi mala penæ, hi verò culpæ noxia deplorant. Vide supra cap. 12. n. 62. 63. 64.

Carthuf.

Mundani dolent de penâ, iusti de culpa.

Quarto. D. Gregor. homil. 39. in Euang. Fleuit enim, ait, pius Redemptor ruinam perfide ciuitatis, quam ipsa sibi ciuitas non cognoscebat esse venturam. Cum enim carnis se voluptatibus daret, ventura mala non prospiceret in die sua, quæ ad pacem esse poterat, habebat. Maxime gloriabatur, & exultabat florida ciuitas, cum esset plena populo, ac diuitijs, solumque in suis bonis temporalibus considerabat suum externum splendorem; at verò Iesus in illo florido statu nihil videbat, nisi vt fletet, considerabat enim imminentium malorum acerbicatem, extremamque eius ruinam contemplantur; nam & si mundani in suis bonis lætantur,

Gregor.

Mundani exultant in bonis, de quorum malis iusti dolent.

tur, iusti, ac sancti considerantes eorum latentia mala maximè lachrymantur.

7. Origenes. Quintò. Origenes homil. 38. in Luc. Omnes beatitudines, ait, quas locutus est Iesus in Euangelio, suo firmavit exemplo. Beati, inquit, mites. Huic simile est de seipso: discite à me, quia mitis sum. Beati pacifici. Et qui alius ita pacificus, ut Dominus meus Iesus, qui est pax nostra? Et postea subdit: Ad quam similitudinem, quia dixerat, beati flentes, ipse fleuit, ut huius quoque beatitudinis iaceret fundamenta. Iesus, qui est filius, ac gaudium totius mundi tripliciter lachrymatur in resurrectione Lazari, in cruce teste Paulo, & in presentia; omnes virtutes, quas in monte Dominus docuit, ad easque non est adhortatus, ipse eas in se adimpleuit, ac firmavit.

8. Sextò. Flet Dominus super ciuitatem, sic enim dolet nostra pressura, ac labore, ac si eisdem pro nostro captu nobiscum esset obnoxius. Hanc cogitationem firmat ipse Dominus. Ierem. 6. n. 26. Filia populi mei, accingere cilicio, & conspergere cinere, luctum vnigeniti fac tibi planctum amarum, qua repente veniet vastator super nos. Ad planctum, ac lachrymas exhortatur Dominus suum populum ob excidium perpetrandum per Babylonicos. Maximè tamen est expendendus modus loquendi, veniet vastator super nos: non ait veniet super te, sed super nos. Sic nostro dicendi modò dolet de clade facta in populo, ac si peculiariter contra se esset facta, ac si ipse cum populo vnã personam ageret. D. Hieronym. Misericors Deus, dixit super nos, ut quidquid super sumum venturum populum, super se quoque venire testatur. Expende quod ait luctum vnigeniti, denotat se intimo doloris affectu de clade sui populi tangi, ac commoueri, ac si quodammodo vnigenitum perdidisset.

9. Ierem. 15. Multiplicate sunt mihi viduæ eius super arenam maris. Numquid Deo, qui est omnium Pater, ac sponfus, potest viduitas, ac orbitas contingere? Quid est ergo quod ait: Multiplicate sunt mihi viduæ? Sic enim ipse viduitate, ac orbitate nostra dolet, ac si ipsi Domino contingeret, eique viduitas obueneret. Ad quem sensum opportunè ait Paulus, Rom. 14. num. 7. Nemo enim nostrum sibi vniuit, & nemo sibi moritur, sive enim viuimus, Domino viuimus, sive morimur, Domino morimur. Quid est, quod dicitur, quod homo nec sibi uiuat, nec sibi moriatur; cum bene dicat Tertull. lib. de Pallio cap. 5. Nemo alijs nascitur, moriturus sibi. Quomodo ergo mors, & vita nostra Deo refertur? Dicimur Deo viuere, qui ipse vitam nostram, vt magnas diuitias æstimat, Deo verò mori, quia mortem nostram tanquam magnum dampnum ducit. D. Chrysofom. Per hæc verba ostendit, ait, quod vitam nostram diuitias suas, & mortem dampnum æstimet. Theophyl. Dominum habemus, cui curæ nos sumus, qui pro diuitijs vitam nostram hanc ducit, & mortem pro dampno.

QVÆSTIO II.

Quare Dominus tam patenter, ac manifestè lachrymatur super ciuitatem?

10. Ambros. RESPONDET D. Ambrosius lib. 2. de Penit. cap. 6. Ipse Dominus, ait, Hierusalem fleuit,

ut quia ipse flere nolebat, Domini lachrymis adueniam. Ipse nos flere exult, ut euadere possimus. Ciuitas lætante, ac præiucundè exultabat, Dominus verò illius obfidione, ac excidium præmeditabatur, vt ergo ciuitatem ad salutem vocaret lachrymas interponit, vt ex tantis lachrymis ciuitas commota mentem ebiberet, qua peccata sua lachrymaretur, vt inde ea abstergeret, salutem inueniret, & ad Deum accederet.

Secundò. Theophylactus: Plorat, ait, super ciuitatem, vt misericors, nolens perdi eos, qui in illa, propter facinus contra se. Ostendit itaque viscera misericordie per fletum. Plorat Dominus super ciuitate obliuiscens de propria morte, ac iniurijs, & solum desolationem, ac excidium Ciuitatis considerans; ostendensque viscera suæ misericordie, nam qui referabat viscera ad lachrymas, simul etiam referata ostendebat ad dona, ac beneficia largienda.

Eximius amor, eximiæque beneficentia, vt bona habeantur, per lachrymas declaratur. Videt Iudas in somnis Oniam summum Sacerdotum, in proximòque cum ipso erat Ieremias, de quo Onias Sacerdos ait ad Iudam: Hic est frater tuus amator. Cur tam insigniter Ieremias dicitur fratrum amator inter cæteros? Ipse Onias statim subdit: Hic est, qui multum orat pro populo, & vniuersa sancta ciuitate Ieremias Propheta, 2. Machab. 15. num. 14. Merito Ieremias inter omnes Prophetas dicitur fratrum amator, ac multum orare pro ciuitate, & populo, nam inter omnes multis compositis threnis excidium vrbis, ac gentis suæ deplorat. D. Paschaf. lib. 5. Quia hic est, ait, fratrum amator, merito vinctis lamentationibus, omnium lamenta lamentationum. Qui inter omnes aperuerat viscera ad lachrymas, aperuit etiam vt pro populo, ac ciuitate orationem funderet pro multis donis impetrandis; suumque amorem oratione, ac operatione manifestat.

Tertiò. Flet Dominus super ciuitatem, super illius nempe peccata, ac scelera; mala enim, quæ iniqui perpetrantur iusti lugent, ac deplorant. Ait Apostolus Paulus 2. Corinth. 2. num. 4. Scripsi vobis per multas lachrymas, vt sciatis quam charitatem habeam abundantius in vobis. Cur sic ex abundantia charitatis lachrymas fundit super aliorum nempe improbitatem, & nequitiam? D. Chrysofom. homil. 66. ad populum: Quoniam, ait, de suis non habebat, quid lugeret, hoc pro alienis agebat.

Multa, ac copiosa lachrymæ Danielis Prophetæ referuntur cap. 10. num. 2. In diebus illis, ego Daniel lugebam triuim hebdomadarum diebus. Cur tot lachrymæ apparent in Propheta, cum ipsi essent multæ rationes gaudendi, nam ipse ab Archangelo Gabriele edoctus erat de certo aduentu Messie, de libertatèque populi Israëliti, vt patet ex antecedenti cap. 9. n. 23. Deinde ipse Regi Cyro valde gratus erat, ad magnòsque honores euectus, ipsèque Rex valde populo beneuolus erat, cur ergo inter tot gaudendi rationes sic affligitur, ac luget Propheta? Videbat ipse quod in populo Hebræo multi erant amatores Perfarum consuetudinis, qui Dei voces contemnentes in patriam redire nolebant, indèque Propheta pro tam pertinaci peccandi consuetudine preces, ac lachrymas cum ieiunio offerebat Deo. Theodoretus orat. 10. Ipsum grauius angit populi contumacia, & sancte Ciuitatis obliuio.

Ait Dominus ad Angelum: Signa Thau super frontes

Lachrymis ciuitantur presentia mala.

Theophyl.

Qui dat lachrymas, dat & animum.

12.

2. Mach. 15.

Paschaf. Qui amat, dolet de alterius malo.

13. Iusti desent, que alij peccant. 2. Cor. 2.

Chrysof.

14. Dau. 10.

Daniel luget pro alienis peccatis.

Theodor.

15.

Ezech. 9. Signum Thau, signum crucis erat, vt docent ibi D. Hieron Beda, Carthuf. Hugo cum Paschaf. lib. 1. in Thren. Viri ergo illi iusti, & probi erant, qui crucis signo mandantur notari. Cur ergo gementes, & dolentes introducuntur. Statim subditur in textu: Super cunctis abominacionibus, que sunt in medio eius. Scilicet vrbis Ierusalem, cum essent iusti, & sancti maximè affligebantur, ac dolebant super peccata, & scelera ciuitatis. D. Hieron. Gementes igitur, ait, dolensque saluantur: qui non solum malis non conferunt operibus, sed & aliena planxerunt peccata. Inde & ipse Apostolus dicebat: Qui sumus in hoc tabernaculo ingemimus, 1. Corinth. 5. n. 4.

Ciuitatis scelera deplorant.

Hieron. 1. Cor. 1.

QVÆSTIO III.

Quare in tanto triumpho lachrymatur Dominus?

16. Maldon. PRIMò respondeo cum Maldonato cum tanto honore, ac triumpho afficitur Dominus, extremam ciuitatis calamitatem prædicit, illiusque miseriam deplorat, vt fiat omnibus manifestum, quod non irato, sed libero, ac sincero animo illa prædicit, indèque deplorat, vt omnes intelligant, quod tanta ruina ciuitas ob eius modum inferenda, ei non sit ratio lætandi, sed potius multum condolendi, ac deplorandi.

17. Euseb. Secundò. Eusebius Emislen. in propria homil. sic loquitur in persona Christi: Ego fleo, ait, quia omnia video. Ipse Dominus magno triumpho, ac apparatu incedebat, & tamen videns ciuitatem, fleuit. Videt ciuitatem, videtque sua diuina scientia rigidam Romanorum obfidionem, qua funditus erat deustanda, & cum hæc videret, vt optimus princeps maximè condolet, ac in lachrymas profunditur. Ego fleo, quia omnia video. Sæpè inter suorum clades principes ridet, ac multis oblectamentis lætantur, quia suorum miseriam non vident, nec considerant. In illa magna pestilentia, quæ grassabatur in Israël, in qua multa millia hominum sunt occisa. Dixit Dauid ad Dominum, cum vidisset Angelum cadentem populum: Ego sum, qui peccavi, ego inique egi, 2. Reg. 24. n. 17. Cur tam vehementis doloris signa non exhibet ab exordio pestis, sed modò post tot millia occisa? Quia modò videt Angelum cadentem populum, ac proinde cum tantam suorum stragem aspexisset, inde maximè doluit, ac penitentia profert verba: Ego sum qui peccavi. Sicque & Rex Israël cum transisset per murum, & vidisset mulieres disputantes ex pacto inito ad comedendos filios præ fame in rigida obfidione Samariæ: Quod cum audisset Rex scidit vestimenta sua, 4. Reg. 6. n. 30. Quod erat vehementis doloris, ac tristitia signum. Et tamen illud modò exhibet, & non antea, quia modò nempe vidit, & audiuit.

18. Caictan. Tertiò. Caietan. Vide, ait, quam charam habeat Iesus huiusmodi gloriam inter tot honores sedens super asinum flet; non extollitur, non magnificat honores, qui fletum non continet. Inter lætas regem illum acclamantium gratulationes, flens, ac mœrens ibat sic honoribus cruciabatur, vt tristitia, & amara in illis meditaretur, quæ fletum mouerent, & excitarent. Sic Moyses principatu, ac regimine totius populi angustabatur, vt diceret ad Sylueira in Euang. Tom. IV.

1. Reg. 14. Animus regis cum videt suorum clades dolet.

4. Reg. 6.

Honores affligunt, ac molestant.

Dominum: Cur afflixisti seruum tuum; seu vt est in Hebræo: Cur malefecisti cum seruo tuo. Cur imposuisti pondus vniuersi populi super me, Numer. 11. num. 11. Vnde Moyses male secum actum esse existimat, cui præfectura totius populi data est? Oleaster ibi: Imponendo scilicet super me, vnus regiminis populi, quod mihi ad malum cedit.

19. Apocal. 5. Quartò. Inter tantas faustas triumpho acclamationes in lachrymas protumpit Dominus super Ciuitatem. Tunc triumphus magnus, ac splendidus apparet, quando lachrymis pro suorum commiseratione associatur. Ait Ioannes Apocal. 5. num. 6. Vidi, & ecce in medio throni, & quatuor animalium, & in medio seniorum Agnum stantem tanquam occisum. Cur in throno Agnus non se exhibet resuscitatum, vel gloriosè sedentem cum purpura, & diademate, sed tanquam mortuum? Tunc thronus angustior, & magnificentior ostendebatur, cum Agnus pro suorum salute, ac remedio videretur occisus. Ex quo nota quod non dicitur Agnus iacere, vt est proprius demortui situs. Et aduertunt Alcacer, & Cornelius, nec dicitur federe vt supra cap. 4. num. 2. Ansbertus: Quid est, ait, quod in hoc loco non sedere, sicut supra, sed stare in medio throni perhibetur, nisi quia ibi examen, & regnum, hic autem solamen, & auxilium ostenditur: sedere autem iudicantis, ac regnantis est; stare vero consolantis, ac adiuuantis.

QVÆSTIO IV.

Quare Dominus fleuit super Ierusalem, & non potius super totum regnum?

20. Difficulta questio. Romanos generalis fuit, ac totius regni, omnes enim Iudæi per totum regnum, fuerunt interfecti, & captiui; cur ergo piissimus Iesus super Ciuitatem, & non potius super regnum deplorat?

21. Origen. Primò ad quæstionem. Solutionem colligo ex Origen. homil. 38. in Leuit. Nemo Gentilis fletur, ait, sed ille, qui fuit de Ierusalem: quod post peccata circumdant eam inimici, & lapidem super lapidem non relinquunt; maximè si post nautam continentiam, post annos castitatis, victus quis fuerit blandimentis carnis. Non deslet Dominus super Gentium ciuitates, Babylonem, Tyrum, vel Ninive. Nemo Gentilis desletur. Nec super totum Iudæorum regnum, sed super Ierusalem fletur, nempe ille, qui fuit de Ierusalem. Nemo enim Gentilis fuerat in virtute, à qua recesserat; & si alia Iudæorum Ciuitates sub lege fuerint, nulla tamen iniustitia, ac probitate ita resplenduit, vt Ierusalem, quæ fuit Ciuitas sancta, cuius fundamenta in montibus sanctis decantantur, quæ vt vrbis fortitudinis extollitur, & maximè deplorandum erat, quod post tot annos castitatis, post tot monumenta virtutum ipsa blandimentis carnis, ac turpitudini vitiorum se tradiderit, in peccata, ac scelera incidit. Vnde cum magno dolore lamentatur Ierusalem. Isai. 1. n. 21. Quomodo facta est meretrix ciuitas fidelis plena iudicij. Vide supra cap. 35. num. 175. & cap. 12. n. 70. 71. 72. & cap. 15. num. 89. 90.

22. Euthym. Secundò. Euthymius: Sciens, ait, propter immensa vitia destruendam humano modo ipsam pro mensa

Hebræus. Numer. 11.

Oleaster.

19.

Apocal. 5.

Thronus angustior cum lachrymis nites pro suis.

Alcacer.

Ansbert.

20. Difficulta questio.

21. Origen.

Maxima meretrix, quod post virtutem quis relinquitur in vitia.

Isai. 1.

22.

Euthym.